

S. Rad.

E libris

gymnasio Mauritiano Magdeburgensi

a venerabili

Carolo Funk

theol. doctore et gymnasii directore

a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

E P I C E D I V M
 MEMORIAE ET HONORI
 VIRI ILLVSTRIS ATQVE EXCELLENTISSIMI
C A R O L I F R A N C I S C I
B V D D E I
 SERENISSIMI ET CELSIS SMI DVCIS
SAXONIAE GOTHANI
F R I D E R I C I III.

PROCANCELLARII, INQVE COLLEGIS, QVIBVS SVPREMA RERVM
 SPECIATIM AD STATVM CIVILEM, ET NEGOTIA TUTELARIA SPECTANTIVM,
 CVRA COMMISSA EST, CONSILIARII, NEC NON EPHORIAE ORPHANO.
 TROPHEI ATQVE SOPHRONISTERII DIRECTORIS
 LONGE MERITISSIMI

D. V. IVL. A. C. CCCCCLIII
LENTO ET GRAVI MORBO EXSTINCTI
 POST QVAM BEATAE ANIMAEC EXVIAE

D. VIII. IVL.

AD S. AVG VSTINI CONDITORIO SVO ESSENT ILLATAE
 IVSTA AVTEM

DOMIN. VII. A FESTO TRINIT. D. V. AVG.
 PRO CONCIONE SOLLEMNI FIERENT

CONSECRATVM

A

IO. HENR. STVSS
 GYMN. GOTH. RECT.

GOTHAE, LITTERIS REYHERIANIS.



Quantum sepultae clara inertiae distet
Ardensque virtus, emicansque diuinæ
Vigore mentis, quaque PRINCIPI MAGNO,
Traiani ad instar Plinios perornanti,
Pergratam, et Aulae, et publice salutarem,
Locata, ceu par, celsius, tulit lucem;
Illustriori iam patescit exemplo,
Dum Gotha sanctæ lumen illud Astrææ,
BVDDEVIS ex quo res reliquit humanas,
Multis acerba morte luget extinctum.

Nempe illa magni Patris, insita et proli,
Primisque ab annis artium pio cultu,
Humanitatis dulce quæ ferunt nomen,
Fausto probe expolita sub penetrati,
Et enitescens dote plurima virtus
Iuuenum inficeta segregauit a turba,
Sub larua inani mentiente se doctam.
Virum deinde haec omnibus sat instructum
Scientiarum copiis, paratumque,
Negotiorum et arduae parem moli
Fecit, iuuante et praestitit Deo talem,
Quales fuere publico bono nati,

BACHOFIIQVE, FRANTZKIIQVE, HEHERIQue,
IACOBSSIQVE, et illa magna IAEGERI,
Et AVEMANNI, et vtriusque GOTTERI,
Illustriumque huiusmodi virum plura
Aeternitati consecrata famaeque,
Memorique Gothae sacra nomina in fastis.
Nam quidni, abundans talibus, perennantes
Polita fastos porro Gotha consignet,
Nec obrui silentio sinat turpi,
Vehenda laude perpeti, optima exempla?

Haec inter autem praement Obadiae,
Si sacra spectes, absque gentium peste
Haud posthabenda; haec inter ordines ducunt
Humaniorum vindices Camenarum,
Quis nomen addit, quos et aemulos ducit
Paris illecebra laudis ille Maecenas
Horatianus, inter arduas curas
Orbis regendi, vt dextra mitis Augusti,
Qui litteris quondam aureum dedit saeculum.

Iam quanta fuerit, debitum Creatori
Ad cultum, et artes, artiumque doctarum
Ludos palaestricos quod attinet, cura,
Et singularis aestimatio in NOSTRO,
Nomen, Parenisque, et quidquid huius infixit
Doctrina menti, et sanctioris exempli
Vis, et perennis integerrimae vitae,
In publicis aequa ac domesticis, actus,
Satis loquuntur, et loquetur extollens
Moesta superstes illa funeri fama,
Illa ora iustae mille commodans laudi.

Aeuum quis ergo longius Viro tanto
Non sit precatus? lumen hoc perinsigne,
Vsum sui largissimum quod indulxit,
Inseruendo PATRIAE PATRI EXCELSO,
Et consulendo ciuibus fide summa,
Quis non queratur tam cito esse consumtum,
Atroque luctu iam DOMVM tenebratam,
Cui tam coruscum et prosperum occidit fidus?

At, planctus, o facesse! namque BVDDEVS
Duro e labore corporis fatiscentis
Summo a brabeuta ad praemium capessendum
Est euocatus, iamque caelites inter,
Post lentum agona, lauream triumphalem
Palmanque gestans, perpeti et nitens luce,
Ipsis requirit a dolentibus plausum.
Plausum ergo demus, posteris recantandas
Et praecinamus optimi Viri laudes;
Memorique mente, et, ceu decet, pie grata,
In templo honoris, cui, neocoris Musis,
Summorum imagines sacrantur expressae
Virorum, agalma iam perenne BVDDEI,
Praeconia inter aggerata certatim,
Fixum perenni laude concelebremus.



78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
kotl. nicht vergeben!

ULB Halle
002 108 178



3

56.

1077

R 40

E P I C E D I V M
MEMORIAE ET HONORI
VIRI ILLVSTRIS ATQVE EXCELLENTISSIMI
C A R O L I F R A N C I S C I
B V D D E I
SERENISSIMI ET CELSISSIMI DVCIS
SAXONIAE GOTHANI
D E R I C I I I I .

QUE COLLEGIS, QVIBVS SVPREMA RERVVM
IVILEM, ET NEGOTIA TVTELARIA SPECTANTIVM,
CONSILIARII, NEC NON EPHORIAE ORPHANO-
TQVE SOPHRONISTERII DIRECTORIS
LONGE MERITISSIMI

D. V. IVL. A. C. CCCCCLIII.

GRAVI MORBO EXSTINCTI
VAM BEATAE ANIMAEE EXVVIAE

D. VIII. IVL.

CONDITORIO SVO ESSENT ILLATAE
IVSTA AVTEM

A FESTO TRINIT. D. V. AVG.
NCIONE SOLLEMNI FIERENT

CONSECRATVM

A

D. HENR. STVSS
GYMN. GOTH. RECT.

LITTERIS REYHERIANIS.

Farbkarte #13

